



**Collegium Universi Juris Canonici**

**Engel, Ludwig**

**Salisburgi, 1693**

17. De Sequestratione Possessionis & Fructuum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61596](#)

possit? 12. Distinguendo inter actionem dubiam sive disputabilem. Actio liquida quovis titulo in alium transferri potest, prout text. sunt in ff. & Cod. de Hereditate vel actione vendita. actionem autem controversam donare quidem licet, sed non vendere; immo si defacto pro modico pretio ( sicut fieri solet ) vendatur & contingat illa actione cessâ conventum condemnari, non tenebitur plus restituere emptori, quam pro illa actione expofuit, idque ne facile alienae lites redimantur, & forte dudum sotopite sufficentur. 1. per diversas. 22. & 1. seq. Cod. Mandati. Quod si actio ejusmodi vendatur alicui potentiori, qui ratione officii vel dignitatis potest reum opprimere, non valebit talis venditio, sed vendorum amissione juris sui puniri debet. 1. 2. C. ne licet potentioribus. Videatur Panorm. inc. ex parte. 2. de Alienatione judicij mut. causa. n. 4.

6 Quartus denum effectus, quod attentata seu innovata lite pendente ante omnia debent in pristinum statum revocari, & antequam revocentur, parte opponente impeditur processus ad ulteriora. Lancelot. de Attentatis. parte 3. c. 29.

## TITULUS XVII. De Sequestratione Possessionis & Fructuum.

### SUMMARIUM.

1. Quid sit sequestratio? Eisque alia voluntaria, alia necessaria.
2. Sequestratio necessaria regulariter est prohibita.
3. Sequestratio fieri potest, si possessio sit valde litigiosa, aut reus resistat missio in possessionem.
4. Item in causa beneficiali, in qua non datur missio.
5. Item si reus de dilapidatione sit suspectus.
6. Aut si periculum sit imminens vel deterioracionis.
7. Sequestratio oblatia cautione de rebus servandis potest evitari.
8. Requisita, ut possit fieri sequestratio.

**S**EQUESTRATIO nihil est aliud, quam litigiosæ apud tertium (qui proprie sequester dicitur) depositio. Et alia voluntaria, quæ ex mutuo contractum fit. Alia necessaria, quæ fit ipsius imperante, & altera parte invita. Sequestratio necessaria regulariter est prohibitum quod non oporteat incipere ab execione, antequam reus de debito convenerit. 1. un. C. de Prohibitâ sequestrat. frumentum etiam, quod, ut alibi suo loco datur reus non debeat commido possessionem vari. Verum sunt certi casus, in quibus quitas suader fieri sequestrationem, si possessio sit valde litigiosa, vel reus resistentia resistat missio in possessionem, ut periculum armorum, & cedimenti poterit Judex possessionem sequestrare. Quia in causa beneficiali, si reus contumaciter, non sit missio, ne detur virtus missus in beneficium. c. 1. De eo quod non sit missio, ideo locum habebit sequestratio beneficii. c. 1. h. t. III. Res aut fructus recte conservantur, si reus suspectus sit de dilapidatione. Tria autem potissimum sunt, quae spectum reddunt; nimur pauperum, li mores, & facta praecedentia. G. in fidejussor. 7. c. fin. qui statu dare cognoscitur. IV. si periculum sit, ne res inter mortales intereat, vel saltum deterior fiat, permissio judicis implorato officio vendi, & cum loco rei sequestrari. 1. litibus. 20. C. de Agricolis & censitis. Hic tamen ostendit, quod in his posterioribus casibus sequestratio evitari possit, si reus afferat rationabilem cautionem de rebus servandis. 1. fid. C. Ordine cognitionum. Imo juratorum causa sequestrum tolli, si persona jurans in causa, & idoneas facultates habeat, vel prius de iudicatum solvendo fatigatus, tenet DD. communiter per text. in c. p. de Donat. inter vir. & uxor. Panorm. 2. h. t.

- Verum moneret Mynsing. Cent. 2. O. II.
- al sequestrationem recte faciendam præ-  
terius modo enumeratas adhuc requiri  
posse, ut Judicis saltem summarie constet  
de quæ perentis sequestrum; deinde, ut vo-  
lentis is, in cuius prejudicium petitur se-  
questrum; & denuo, ut sollicitans seque-  
strum, id ad sui juris, vel debiti conserva-  
tionem faciat, & non causa calumnia, at-  
que ob eam rem juramentum malitia pre-  
mitur.
- TITULUS XVIII.**  
De Confessis.
- SUMMARIÆ.
1. Propria Confissio optima probatio; estque in ista sen-  
tentiæ & rei judicatæ.
  2. Confissio extrajudicitalis non est tanta authoritatis,  
ut judicatæ.
  3. Si iuxta presentem adversario fiat, plenè probat.
  4. Idem si loco principalis adversario nuntius vel  
negotiorum gestor eam acceptaverit.
  5. Potius pro confessione elicienda adversario por-  
rigit solent.
  6. Differencia inter positiones & articulos in præ-  
sum attenditur.
  7. Si reuia communiter ad articulos respondere nolit,  
habetur pro confessatis.
  8. Articuli tamen debent esse revelantes.
  9. Parvæ articulos debet praesertim sacramentum dan-  
dorum.
  10. Ad articulos crimen occultum attingentes, non te-  
netur reus respondere.
  11. Dicent articuli esse de facto proprio rei non aca-  
tem Iure.
  12. Confissio judicialis absente adversario de luce Ca-  
notico plenè probat.
  13. Quodam Confessio dicatur vere judicialis?
  14. Confessio coram Iudice incompetente facta est ex-  
trajudicitalis. & quid circa eam Index com-  
petens facere possit?
  15. Confessio in iudicio facta juris ordine circa alia  
con servato tamen est judicialis, ut & illa,  
que ante item contestatam facta est.
  16. Confessionem revocans propter errorum ex inter-  
vallo debet ipsum probare, secus si revocet in  
sentienti.

17. Confessio per tormenta extorta ut probet, que re-  
quirantur?
18. Procuratoris vel advocati confessio principale  
potest revocari.
19. Confessio Prelati Administratoris Eccl. an nocte  
Ecclæ vel iis, qui sub tali administratore  
sunt.
20. An reus de crimine interrogatus & Judice tenet  
tur illud conferiri diligenter? Casus.
21. Reus infamatus de uno criminis non debet interro-  
gari de aliis, de quibus non est infamatus:  
nec regulariter de focus criminis.
22. Quid si reus ultra socios indicet?
23. Confessio illicita sub spe impunitatu non est suffi-  
ciens ad condemnationem.
24. Confessio Sacramentalis in iudicio fori externi ni-  
hil probat.

**A**Nequam ad probationem deveniatur, prius videndum est, an non adverfar-  
ius illum articulum, qui probatione  
indiget, sua sponte confiteatur; nam pro-  
pria *confessio* non tantum vim optimæ pro-  
bationis habet, & actorem ab onere proban-  
di relevat, verum etiam, si in iudicio facta  
sit, in ista sententiæ & rei judicatæ censetur,  
l. r. f. h. t. adeo ut iudex non habeat necesse  
sententiam ferre, sed tantum terminum so-  
lutioni & satisfactioni præfigere, aut dam-  
num ultimare, l. protinde. 25. §. 2. ff. Ad  
legem Aquil. Quod tamen intelligendum  
est de causis civilibus; in criminalibus vero  
etiam post confessionem rei requiri senten-  
tiæ cum communi docet Barth. in l. si con-  
fessus. 5. ff. de Custodia reorum. Imò hodie  
ullum magis esse, ut etiam in civilibus causis  
confessio potius vim probationis habeat, &  
ideo sententiæ opus sit, tradit Vallens. b. t.  
num. 10.

Est autem confessio alia *judicialis* alia  
*extrajudicialis*, illa si in iudicio, haec ex-  
tra; ambæ in effectu plurimum inter se dif-  
ferunt: nam confessio extrajudicialis non est  
tantæ efficacitæ sicut judicialis; nec vim sen-  
tentiae aut rei judicatae habet, quia extra  
iudicium saepè aliquis in concedendo facilis

T t 2 est,